



E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

74  
1592-1744

25

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> PH<sup>I</sup>LOLOGICA  
DE  
**DÆMONIBUS,**  
*Quam*  
INDULTU  
AMPLISS. FACULT. PHILOSOPHICÆ  
*D. XXX. JUN. MDCCVI.*  
PUBLICÉ DEFENDENT  
**M. JUSTUS GOTTHART  
RABENER, Lips.**  
ET  
CHRISTIANUS FRIDER. REINECCIUS,  
ISLEB. THUR.

---

LIPSIÆ,  
Literis CHRISTIANI GOEZI.

*J. L. Gottsch.*



DIE MONITHS  
OURING ARTMANOZ  
WILPUS SCHAFET HEREDFONE  
JOHN RESIO ETCCEISENG DECEMBR  
DECEMBR CONSUM TUNGEE THEENDE SANCTAMARITAT  
CHRISTIANS FESTIVE REINFECTION  
DOC MARCELINA THEATHOU  
THEENDE CONSUM GODDE

V I R O


*EXCELLENTISSIMO ATQVE NO-  
BILISSIMO*

D O M I N O

**QVIRINO HARTMANNO  
SCHACHERO,**

JCto Regio, Electoralis ac Ducalis Sax. Su-  
premæ Curiæ Provincialis, nec non Consistorii, quod hic  
est Causarum Patrono Celeberrimo, Senatori ac  
Prætori in hac Urbe gra-  
vissimo.

DNO. MAECENATI ATQVE PATRONO  
omni pietatis cultu venerando.



# VIR

EXCELENTISSIME.



Nil puto est, cur sollicitate & quodam quasi cum ambitu circumspiciam, cui primitias has literarum mearum offeram, cum si a Deo & parentibus recessero, neminem habeam, cui sanctorem, quam TUO nomini cultum debeam. Illa scilicet indentidem occurrunt stilumque vellicant, quæ & a TE, TUAQUE & SOCERI quondam TUI,

TUI, Nobilissima familia in-  
parentes meos profecta sunt,  
queis sine ipsis fortasse adhuc  
etra metam fortunæ suæ cum  
arena & pulvere colluctandum  
esset. Neque vero minora ea  
sunt, quæ & a TE, VIR EX-  
CELLENTISSIME mihi  
tributa sunt, qui non solum in  
sacro παλιγγενεσίᾳ Christianæ spon-  
sor atque expromissor fidei  
meæ fueris, sed & non ita pri-  
dem, cum lauream Philosophi-  
cam ambirem, non exiguum  
favoris argumentum exhibueris.  
Non equidem (namque fatebor  
enim) satis digna sunt TAN-  
TIVIRI persona, quæ offero,  
sed tamen & farre saleque,  
quin imo arborum foliis litant,

qui-

quibus fortuna noverca thus de-  
negavit. Fortasse olim, cum  
ingenii mei infantia lætius & fe-  
racius quondam maturuerit ma-  
jora dabo, memor illius Virgi-  
liani.

*Nuncet marmoreum pro tem-  
pore fecimus, at si  
Mi fætura gregem suppleve-  
rit, aureus esto.*

Vale & fave

T I B I

devotissimo

M. Justo Gotth. Rabenero.



JOVA JUVA.  
**PROOEMIUM.**

Um de Demonibus ex *Theologia veterum*,  
Gentilium acturus sim, & necessarium es-  
se, nec ingratum fore arbitror, si quædam  
præmisero, quid huic doctrinæ apud gen-  
tiles ortum dederit. Hujus laboris eo  
majorem fructum futurum confido, quo  
pulchrior est ea, qua inter corum, & veram doctrinam  
observatur convenientia. In quo si demonstrando proli-  
xior esse vellem, & a meo scopo nimis aberrarem, & Iliada  
post Homerum, cum Huetius jam hoc labore defunctus sit  
scriberetur. In ea vero sum opinione, non traditione sola,  
per generationes propagata hoc de *Demonibus* dogma niti,  
sed vel maxime per lumen naturæ ut angelos crederent  
eos fuisse adactos. Et ne gratis id asseruisse videar, ex ipso-  
rum verbis & recepta inter Philosophos doctrina sententiam  
meam probare laborabo. Mitto enim jam, quod ex summa  
summi regis majestate ministris eum opus habere argumentari  
potuerint, imo forte etiam sint argumentati. In presenti ea  
tantum tangam, quæ de omnium rerum, tam in sensibili  
quam intelligibili mundo mutuo nexus & arctissimo vincu-  
lo, quod ΣΕΙΡΑΝ vocabant loquuntur. Nominatim  
hanc ΣΕΙΡΑΝ ab Homero (a) expressam video, ubi Jo (a) II.9. sub  
vem factiones Deorum, partim pro partim in Trojam stan-  
tium sedare cupidum inducit. Verba ad nos pertinentia  
ut tota hoc transferam merentur, sunt autem hæc:

A 2

E

"Ει δὲ ἄγε πειρήσαθε θεοί ίνα εἰδετέ πάντες  
ΣΕΙΡΗΝ χευστεῖν ἐξ ψευνόθεν κηρυκάσταντες  
Πάντες δὲ ἔξαπτεθε θεοί, πᾶσαι τε θέανται,  
Αλλ' ἐκ αὐτῶν εἴρησαντ' ἐξ ψευνόθεν πεδίον δε  
Ζῆν ὑπατού μῆτωρ γέδε εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε

Terrorem hic Diis reliquis incutere laborat, quo minus contra sibi hiscere audeant, quapropter se

- - - - Θεῶν καρτιζον ἀπάντων

modo vocarat. Quod ut probaret, jubet ipos omnes impendere vires, ut ordinem invertant naturæ, resque indissolubili catena connexas divellant, quod satis indicant sequentia, ubi dicit

"Αλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφερων ἐθέλοιμι ἐρύσαμαι  
Αυτῇ καὶ γαῖῃ ἐρύσαμι αὐτῇ τε Σαλασσῇ

Hujus catenæ seipsum supremum facit articulum, & ad illam reliquos quoque, quos alloquitur Deos pertinuisse, ex his verbis evinco,

πάντες δὲ ἔξαπτεθε θεοί, πᾶσαι τε θέανται.

Hanc in celo, i. e. supremo loco alligatam, usque in terram, seu infimum universi locum pertingere cum dicatur, quid quæso aliud indicat, quam talem rerum omnium plenitudinem, ubi una quasi ex altera fluente, nullum interstium, nullus naturæ saltus concipi possit. Exesse mihi consentientem video Macrobius (b) cuius haec sunt verba : Cum omnia continuis successionibus se sequantur, degenerantia per ordinem ad imum meandi, inventetur pressius intrenni a summo Deo usque ad ultimam rerum faciem una sermone vinculis religans & nunquam interrupta connexio. Et hec est Homerij CATENA aurea, quam pendere de celo in terras Deum jussisse commemoavit. Sic allegorice scalam a Jacobo per somnum visam explicare videatur Philo Judæus. (c) Scalam enim in hoc universo aerem dicit, cuius basis sit terra, caput celum, aerem vero habitaculum

(b) in Somn.  
Scip. I. 14.

(c) de Somn.  
p. 585. E.

culum esse animarum ἐπειδὴ, adjicit, πάντα τὰ ποιητὰ τὰ  
τὰ κόσμου μέρη καλὸν ἔδοξεν εἶναι ζῷων ἀναπλήσιαι.  
Huc summo jure pertinere statuo omnia ea, quae in Do-  
gmatum Chaldaicorum expositione tradit Michael Psellos,  
principue autem τὴν τὸν Οὐρανὸν ΣΕΙΡΑΝΗΝ Ἀπόλλω-  
ντος inter ἀξόνες θεοὺς relatam. Daemonum hic series in-  
dicari clarum faciunt sequentia, ubi ἀξῶνι θεοὶ ὑπεράρχεν-  
τε νομίοι dicuntur τῶν ἐμφανῶν θεῶν, seu superiores astris,  
eius argumenti firmitas ex processu Disputationis patebit.  
Hanc ab imo ad summum ascensionem egregie Platonis  
locus illustrat Iuliano (d) adductus, ubi δημιουργὸς seu (d) ap. Cyril-  
summus Deus reliquos ὑποτεταγμένους alloquens, reliqua-  
lum p. 58.  
adhuc tria mortaliū rerum genera facienda aperit, quibus  
omissis τὸ σεγγύον (universum intelligit) αἰτεῖν ἔσεσθαι, sunt  
que ut Cyrillus explicat, homines, bruta & plantæ. Vesti-  
gia hujus rei me apud Proclum (e) quoque invenire pu- (e) Theol. Pla-  
to, mentionem primo facientem τῆς τεχνῆς, quam σεγ- ton. IV. 16.  
νιαν περιφορὴν in Phedro Socrates appelleret, ὡς πᾶσας  
τὰς ζῷας, καὶ τὰς νοήσεις τὰς θείας κύριων καὶ παντα-  
χῶν περιφέρεσσαν, hinc per ipsam animas τοῖς νοητοῖς θε-  
άμασι σωμάτεσθαι. Implere eam ait τὸν σωδεῖσμον τῶν  
νοητῶν θεῶν. Vocab illam σεγγύον νοεῖν & quemadmodum  
caelum apparens omnia que sint sub se ipso contineat, nec ul-  
lum vacuum esse sinat, ita etiam ἐν τῷ νοεῖν fieri. Imo  
per totum hoc caput quae de caeli fornici & subcaeli  
differit huc arbitror pertinere, forteque in Graeco vocabulo  
ἀψίς aequivocatio quædam latet, quippe quod & fornicem  
notat & vinculum. Taceo jam, quae idem habet de illa-  
τερη hymno in Solem (f) & omnium potius præcipuum  
maximeque perspicuum adduco locum ex ejusdem Theol.  
Platon. (g) quod totum quidem caput illa de re tractare,  
videtur, nusquam tamen magis aperte, quam circa finem,  
ubi necessarium esse ait, ut secundorum ordinum principes  
causæ similes sint superstriorum ordinum terminis, seu extre-  
mitatibus. Unum item atque continuum Deorum esse pro-  
gressum a νοητοῖς usque ad ἐχατονικερούμενον τῆς θείας αἰτια-

(f) v. 18.

(g) VI. 2.

pertingentem. Mīaz denique ΣΕΙΡΑΝ, καὶ τὸν αἰδίαν  
Αυτον ἀνθεν καθίκουται, manifeste nominat. Ab hoc  
vinculo, & ex hac scala veniunt divisiones illæ Demonum,  
in classēs, varie a variis elatae. Eusebius (b) in quatuor ge-  
(b) Præpar.  
III.9.  
nēna distingui dicit παντας τὸν λόγον, primum esse Dei, qui  
μέγιστος alias δαιμονος, τριτος item, τριγάθος & μονας τε-  
τραγάθος vocatur Philosophis. Secundam classem esse  
Deorum, quos aur. Carm. θεοὺς αὐταρέτας appellant, ter-  
tiam Demonum, ut & Iamblichus vocat, vel Heroum, ut  
aur. Carm. vel angelorum ut Hierocles. Horum variae  
rūsus sunt subdivisiones, dividuntur enim trifariam juxta  
Hieroclem in Angelos, Demones & Heroes, dupliciter a Jam-  
blico in Heroes & Demones vel ut aliter effert, Demones  
& Angelos, quorum porro sunt ordines, Archontes & De-  
mones, vel Archangeli & Angeli. Quarta denique classis  
continet ήγωας, aliter vocatos ψυχας, vel δαιμονας κα-  
(i) de Def. O.  
rac.p.m.186.

(i) de Hesiodo  
referentis, quod τέοσαρρ γένη τῶν λογικῶν, itidem consti-  
tuerit, θεοὶ ἔτα δαιμονις πολλάς (ιο. πανεξι. Φαύλας).  
ηγαθός, ἔτα ηγωας, ἔτα ἀνθεύπος τῶν ἡμίθεων εἰς  
ηγωας Δημοκρίτεντων, quam divisionem Pythagore quoque

fuisse Laertius nos docet. (k) Tres priores Iamblichus et-  
iam habet, Hierocles item & Eusebius, ultimam classem  
Pythagoras & Hesiodus adiuvare. Hic egregii simul obler-  
vatur, ηγωας ab illis non pro talibus sumi, qui ex Deo &  
mortali sunt procreati, sed pro ψυχαις illis seu Demonibus  
καταχθονίοις. In mutatione item Semideorum in heroes  
aperta κλίμακας nostra habemus signa. Meliores enim ani-  
mas ex hominibus in heroes, ex heroibus in Demones, ex Demo-  
nibus autem quam paucissimos in Deos mutari ait. Plato ut

(l) in legat. p.  
m. 25.

Athenagoras (l) testatur, trifariam tantum mundum intel-  
ligibilem divisit, sc. in Demum genitum, stellas abiilo creatas  
& Demones. De heroibus autem, quos tamen & Thales in-  
sua divisione habuerat, cum plane nihil dicere, dictus pater as-  
serit. Dicere tamen omnino, & heroes ipsum sub generali  
Demonum nomine, ut appellari consueverunt cum compre-  
hen-

hendere censeo. Piaculum rem merituram arbiter, si τάξιν  
ἐννοουσι ab Hierocle (*m*) memoratam prætermitterem, quæ (*m*) in aur.  
Τεῶν ἀλαρτῶν hos facit περτές hos vero δευτέρες. Sta- carm. p. 18.  
tuebant enim illi Philosophi, inter ipsos etiam certos esse atque  
diversos gradus & ordines, hincque Iamblichus (*n*) πάγραν (*n*) de Myster.  
τῶν γενῶν τῶν περὶ ἀντές ὄντων meminit. Hancce oce- 1.5.  
περὶ tam firmam esse putabant, ut Tyrius (*o*) prolixè probet (*o*) Diff. XXVI.  
Dæmones cum medium constituant genus abesse non posse,  
quam in rem Plutarchus (*p*) etiam manifeste loquitur. Ita (*p*) de def. orac.  
autem catenam illam sibi concipiebant veteres, ut & in qual- p. 187.  
titibus horum spirituum per gradus quasi ascensus daretur.  
Clarus hanc in rem locus est Procli (*q*) τὰ γένη τῶν δαιμόνων (*q*) ad Hes. εἰρ.  
νων, τὰ μὲν λογικὰ μόνως, τὰ δὲ ἀλογα μονώς, τὰ δὲ με-  
ταξύ τετρων εἶναι αστερίσ. Ex variis illis inter ipsos Dæ-  
mones differentiis varia etiam ipsorum nata sunt nomina,  
Utor hac in re teste idoneo Hierocle; (*r*) ubi ex medio gene- (*r*) ad aur.  
re illos qui caelo proximi sint angelos, terre propiores heroes carm. p. 41.  
(forte ab εργα, terra) medios Dæmones appellari ait. Monet  
tamen alios universum medium genus, uno nomine generali,  
vel angelos vocare, vel Dæmones vel heroes. Quæ omnino  
Philosophorum discrepantia in nominibus perpetua est, mul-  
taque si non confusione, obscuritati certo & difficultati occa-  
sionem præbet. Sic eo, quod volui prolixè satis probato,  
paucis adhuc, de primo hujus dogmatis & divisionis autore  
videbo. Doctrinam quidem illam sicut cetera Græca Philo-  
sophia a Barbaris cepisse initium autumno. Non enim per-  
suadebit mihi Laertius, quicquid etiam scribat apud Græcos  
antiquorem esse Philosophiam quam alias gentes. Movent  
me, quæ de Magis Laertius (*s*) narrat, quos antiquiores Ægyptiis (*s*) in Procem.  
referunt. Hi de Deorum locuti sunt  
Substanias & oria, genitosq; esse Deos dixerunt. Quis au-  
tem nescit, Thaleitem, Pherecydem atque Pythagoram Ægyptiorum  
tuuisse & Chaldaeorum discipulos? Intra omnia  
locus est Plutarchi (*t*) ubi doctrinam de Dæmonibus vel (*t*) de def. or.  
magorum, vel Thracum, vel Ægyptorum, vel Phrygum esse p. 186.  
affirmat. Divisionem autem mundi intelligibilis Græcis de-  
negare

negare nolo, certe argumenta, quibus denegari possit firmiter  
non video, cum Thalerem ejus autorem primum faciat diserte  
(u) in leg. p. 25. Athenagoras (u). Hoc interim certum est plerosque Philo-  
sophorum in hoc de Dæmonibus dogmate consensisse, Epi-  
(x) de plac. Phil. I. 8.  
curum tamen teste Plutarcho (x) forte & alios paucos ne-  
gassem. Quibus ita præstructis, ad ipsam tractationem tuitori  
itinere & magis expedito pergamus.

§. I.



I pro consueto disputandi ordine definire,  
quid sit Dæmon debeamus, ex veterum quas  
quidem invenire potui definitionibus, nul-  
la magis placet, quam Chalcidii hæc qua  
Demonem esse dicit: Animal rationabile,  
immortale, patibile, æthereum, diligentiam

(a) in Tim. p. hominibus impertiens. (a) Alia est, quam Tzetzes (b) re-  
227. Ed. Meurs. fert, ubi dicuntur *χτῖαι ἀσώματοι, τὰ περὶ γῆν ὅραντες*  
(b) in Hes. εἰγ. v. 111. sq. *καὶ υπὸ γῆν.* Nemo tamen, qui hanc præ illa felicitat erit,  
quippe multo breviorem, nec omnia vel faltem præcipua Dæ-  
monum attributa rite explicantem.

§. II.

Ad Etymologiam vocis quod attinet duæ potissimum ex  
(c) Saturn. l. 23. tribus quas Macrobius (c) allegat verosimiles videntur. Ex  
plurimorum tam veterum quam recentiorum sententia *δάι-*  
*μονες* dicuntur quasi *δάιμονες* a verbo *δαίω* disco, doceor.  
(d) in Cratyl. Ipse Plato (d) hoc *ἔτυμον* servat, & Hierocles (e) ipsum  
(e) ad aur. *δάιμον* vocabulum pro scientie usurpat, nisi apud illum  
carm. p. 41. forte *δάιμονας* legendura. Sequuntur hanc sententiam  
(f) in Tim. p. 225. Chalcidius (f) Tzetzes item & Moschopulus (g) aliquie-  
(g) in all. Hes. quamplurimi. Alter *Σπὸ τῷ δαίῳ*, i. e. *xaἴῳ* derivatur,  
locum. in qua quoque sententia *Pössidonius* mihi suisse videtur, dum-  
modo rite verba Macrobius explicitur, quæ ita se habent:  
aut (*ut Pössidonius scribit in libris, quibus titulus est, περὶ θεῶν καὶ δαίμονων*) quia ex aetherea substantia parta arque  
divi-

divisa qualitas illis est; sive δαιδαίλη, i. e. καίδη, s. δαίδη  
τῆς δαιδούσις, h. e. μεριζούμενης. Nempe duabus hisce Ety-  
mologiis exponit *Macrobius* opinionem *Posidonii*, qui δαιδού-  
σις appellari dixerat, quia ex ethere a substantia parta atque  
divisa qualitas illis esset. Indigitare hic putat *Posidonium*  
*Macrobius* vel ætheris naturam igneam, vel respicere ad voca-  
bulum δαιδη in significatu dividendi. Illud potius quam  
hoc voluisse *Posidonium* mihi fit verosimile, nimis enim infir-  
ma & ad plura extendenda esset illa derivatio. Prius illud fir-  
matur, quod spiritus sint *Dæmones*, & Hermes (b) expresse  
dicat, τὸν νῦν, ὅταν δάιπον γένηται, ΠΤΡΙΝΟΤ τοχεῖν  
σώματος. Addo & Martian. Capellam (i) qui animum Se-  
mideis datum ait *ex semiperfervit* ΙGNIBUS. Neque hic  
prætereundum censeo Aristotelis locum (k) qui quedam (k) de spirat.  
animalia ex aqua, quedam ex terra que dam ex aere quedam  
ex igne constare ait. Hic magnus *Casaubonus* (l) elemen- (l) ad Athē-  
tarem ignem & ζῷα quæ ex illo nasci dicuntur *Dæmones* in-  
telligit. Me tamen quo minus cum eo sentiam impedit,  
quod Aristoteles hunc ignem aeri, qui tamen ex *Casauboni*  
sententia cum eo coincidit expresse contradistinguat.

### §. III.

Nec solum *Dæmonis* voce veteres in designandis hisce  
spiritibus usi sunt, verum alii quoque sunt vocabuli hujus si-  
gnificatus. Primus merito est & nobilissimus, quo pro Deo  
summo usurpatur aliisque etiam *Diis*. De eo insignis *Orphei*  
locus apud Proclum (m) qui, εν κράτος, inquit ἐξ ΔΑΙ- (m) in Tim. p.  
ΜΩΝ γένετο μέγας ἀρχῶν ἀπάντων. De hoc testatur  
Plutarchus (n) qui Homerum ait Deos etiam quandoque (n) de def.  
δαιμόνος περσαγογένεψ. Ubi dignum notatu, quod Mo- orac. p. 186,  
schopulus (o) observat, Homerum non homines, sed Deos (o) ad Hesiod.  
tantum vocare *Dæmones*. Quamvis enim ap. eundem (p) Odyss. v.  
Ulysses uxorem δαιμονίνη hæcque ipsum δαιμόνον vocet., v. 166 174.  
hoc tamen derivatum virtutum magnitudinem respicere pu-  
to, in quo consentit mecum Eustathius (q) qui Achillem δίον (q) ad Il. a. v. 7.  
κάρεν αἰρετας, Ulyssem ob calliditatem appellari ait.

### B

### §. IV.

§. IV.

Notissimum porro est, *animum humanum Demonis nomine* in veterum monumentis insigiri. Plurima hanc in rem sunt loca apud *Antoninum Imperatorem* sive *τῷ ἑαυτῷ δαιμόνος* mentionem facientem. Huc Epictetum respicere  
(r) L. I. C. 14. puto in Dissertationibus (r) ubi quamvis fores clausæ sint tenebræque fiant, meminisse tamen nos jubet quod non soli sumus, quippe cum ὁ ἱερές θεοὶ δαιμονιοὶ præsens sint, cui addi  
(f) de Deo poslunt Apulejus (f) & Jamblichus. (t)

Socr. p. m. 79.

(t) Protrept p.

Nec min⁹ apud Græcos Scriptores insolens est us⁹ vocabuli  
(u) Anthol. III. δαιμόνος, προσύχη, fortuna, eventus rei. Sic in yet. Epigram-  
6. p.m. 125. Ed. mate (u) cuius alii Callinacib⁹, Simonidē alii autorem volunt,  
Ald.

(x) Trachin. v. Sic apud Sophoclem (x) nutrit de Deianira Herculem de-  
plorante dicit,

(y) X. 13.

Ἄυτὴν τὸν ἀντίκειον ΔΑΙΜΟΝ' αἰναλεμένη.

Huc pertinere arbitror locum Antonini (y) ubi quemvis con-  
siderare debere monet alios, quales se gerant, que fugiant,  
qua affectent, que rapiant, non pedibus nec manibus, sed præ-  
cipu. sui parte, quas sat, quicquid cupias, fidem, pudorem, ve-  
ritatem, legem, ἀγάθην ΔΑΙΜΟΝΑ, i. e. ut ego interpre-  
tor, bonam fortunam. Apostoli hac occasione proverbium  
(z) Cent. XIX. notari meretur, (z) ὑμεῖς ΔΑΙΜΟΝΑ αἰγάλεοτε, ἐχ ὑ-  
μᾶς ΔΑΙΜΩΝ οὐχίτεαι, ubi fallitur interpres, *Vos DAE-*  
*MONEM eligite*, vertens, DAE MON vos non deseret.  
Τὸ λύζεται enim a λαγχάνω descendit, & vertendum est:  
*Vos DAE MONEM eligere deberis*, DAE MON vos non  
forritur. Δαιμονia hic ΤΤΧΗΝ interpretor, in quo me  
confirmat Jamblichus (a) verba quādam aureorum carmi-  
num ita exponens. ὃδεν ἄλλο λέγει, ή τόπο, ήτι ἡμεῖς τὸν  
ΔΑΙΜΟΝΑ αἰγάλεοτε, καὶ οὐτοὶ ἑαυτοῖς ἔσθλῳ εὐ-  
ττχήσετε, καὶ ΔΑΙΜΟΝΟΣ.

(a) Protrept.

c. 3 p. 8.

§. VI.

Pro heroibus etiam vocem Demonis sumi probo ex  
(b) ad aur. Hierocle (b) expresse dicente, τὸς ἡ αὐτές (ΗΡΩΛΣ  
carm. verba. ἀγανάκτης) καὶ ΔΑΙΜΟΝΑΣ ἀγάθες καλεῖν ἔθθο. Quem-  
admo-

admodum & viceversa *Heroes* pro *Demonibus* usurpantur,  
quatenus notant *animam humanam*. De *Stoico Laertius*  
(c) cum quo conferri potest Plutarchus. (d) Hi sunt *aureo-*  
*rum carminum ήρωες αγανοί*, qui medium τῶν λογικῶν  
στοιχίου γένους confituerentur Pythagoreis credebantur. Tan-  
dem & ille significatus notandus, quo pro illo spiritu, qui post  
vitam male actam angere nos solet accipitur. Sic usum ea voce  
invenio Proclum (e) ubi Musas implorat, ut sibi sacra legenti  
lucem affundere velint, quo bene noscere discat Deos juxta &  
mortales.

Μή δὲ ληθαῖοις ὑπὸ χεύμασιν ἔλος ἔξων  
ΔΑΙΜΩΝ αἰεὶ ἔχοι μακάρων απάνευθεν εόντα.

### §. VII.

Is tamen qui maxime ad nos spectat significatus est  
*spirituum illorum*, quorum in §. I. dedimus definitionem.  
Explicandaque adeo nunc etiam sunt illa, quibus alias in-  
veterum scriptis Dæmones veniunt nomina. *Aurea carmi-*  
*na* illos, quatenus τῶν φυχῶν significationem habent δαι-  
mones παταχθοῖς vocant. *Hierocles* explicat τὰς αὐ-  
τοπνεὰς φυχὰς ἀληθεῖς καὶ σύετης ποσινθεῖσας. Κα-  
ταχθόνος inferum notat, adeoque ΔΑΙΜΟΝΕΣ ΚΑ-  
ΤΑΧΘΟΝΙΟΙ sunt manes, seu animæ eorum, quos beatos  
esset credebat, siue notari meretur *Hierocles* eas mentes  
humanas intelligens, que adhuc in terra versantur, quos  
θεοὶ ἐπιχθοῖσεν a Tzetze (f) vocari arbitror.

(c) VII. 15.  
(d) de plac.  
Phil. l. 8.

(e) hymn. in  
Musas.

(f) ad Hesiod.  
l. all.

### §. VIII.

Noēt̄s eos dixit schola Platonica, quorum vita & bea-  
titudine in contemplatione immutabili & νοῦς seu Dei sum-  
mi & veri consistit. Nec ἡμίθεων, quod Latini per *Semo-*  
*nes & Semideos* expressi sunt appellatio ignota est, utrumque  
enim testatur Martianus Capella (g) *Synonymon* etiam esse  
michi videtur, cum Plato in Epistola ad Hermiam & Co-  
riscum teste Stobæo (h) mentionem fecit τῶν μελλόντων, (h) Elog.  
θεῶν, per quos mentes intellexit humanas. Stobæus enim Phil. l. 11.  
addit

addit μέλλοντας θεός εσσε τοις αειγενεῖς σωματομένοις περι  
τε σώματι.

### §. IX.

Quinimo angelorum nomen ipsis tributum invenio, quod S. S. Spiritibus Dei ministris imponit. Usurpassit hoc vocabulum Aristidem, Porphyrium, Simplicium testis.  
(f) ad M. An. est Mer. Casaubonus. (i) Ipse Hierocles (k) ἡρωας αἰγαλον. ΑΓΓΕΛΟΤΣ dici asserit. Et Chalcidius (l) creatorem omnium & conservatorem Deum volentem esse hominum carm. p. 41.  
(l) in Tim. p. 226. genus, prefecisse his, per quos relte regerentur ANGELOS seu Demonas, statuit. Quanquam hujus utpote sine dubio Christiani testimonium non adeo de certitudine rei nos convincat, nisi alia haberemus loca. Huc Archangelos, angelos & archontes Iamblichii (m) huc Φύλακας ΑΓΓΕΛΟΤΣ Juliani Imperatoris (n) huc φρεγτιοτέτες Platonis P. Q. Athen. θεός (o) (quos Stobaeus ob. σφραγίδια της γενέσεως p. 273. (o) ap. Stob. πολέμιοι, ego ad formam Hebraeorum צבאות ita dictos Ecl. Phys. l. i. censco) pertinere judico.

### §. X.

Ille in specie ΔΑΙΜΩΝ, qui homini nascenti tribui (p) Nem. Od. 5. credebatur πότυ συγγενής vocatur Pindaro. (p) Qui que in certa aliqua regione sedem habere putabantur, κατ' εξοχὴν ἐνάσται δαιμones dicti, cuius rei exempla apud Apollo. (g) Argon. v. num prostant. (q) Hos locales Deos vel Genios loci, vel municipes Deos idiosolus Plato vocavit ut monet Porphyrius, (r) de Abstin. (r) ubi tamen errasse vult Porphyrium Cuperus (s) cum 1. z. largior sit idiosolus significatus, quippe quod eum indicet, (t) Ob. III. 16. qui ad aliquam rem peculiarem tutandam agendamque misfus est, ut adeo iidem sint δαιμones idiosoloi cum Diis tutelaribus, & ad fruges etiam, imbre, coeli serenitatem, &c. trahi queant.

### §. XI.

(t) de aud. Poet. p. 14. πόπτες apud Dryopes esse Demones commemorat Plutarchus. (t) Λειτρεγοὶ etiam hic non prætermittendi, quomodo vocabant tres munifices seu administratores qui

qui Decanis tribuebantur, ut docet nos Salmasius. (u). Nam (u) de Ann.  
& hos Dæmones fuisse alio loco demonstrabitur. Salustius Clim. p. 552.  
(x) ἐγνωσμίας θεός habet & ὑπερενομίας. θεοὶ πάτερες sunt (x) de Dis &  
Hierocli (y). θεοὶ πάτερες καὶ Φίλοι Maximo Tyrio (z) (y) ad aur.  
Quinimo & δαμόνιον pro Dæmonе usurpatum invenio; Ait carm. p. 38.  
enim M. Tyrius (a) effemiam & δαμόνια, si debeat esse im- (z) Diff. p. m.  
mortale non solvi. Deum summum significari eo ex De-<sup>14.</sup>  
mosthene probat Vir quidam hujus Academie Celeberrimus in (a) Diff. XXVI  
sua de Socratis Dæmonio Dissertatione. It. pro fortuna ad-<sup>p. 276.</sup>  
hibutum. Sic enim Pausanias (b) de Demosthenis sepulchro (b) Eoet. c. 37.  
loquens in eo τὸ ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ ostendit ait, quam ini-  
quum sit bonis. Notatu hic dignissimum est locus Xiphilini.  
(c) ubi horribiles Domitianie pulas describit. Omnia ad (c) in Domit.  
sepulchrorum formam instruēta, & pueros etiam nigro co-  
lore imbutos ingressos esse, qui σφεδrorum loco horribili prius  
saltatione hospites circumirent, tandemq; ad pedes eorum conſi-  
derent memorat. Dimissis autem hospitiis domum, secutos  
fuisse ministros Imperioris, dona ipsis afferentes singulis o-  
mnibus funebriis apparatus partes, adeoque & suum cuique  
puerum, τὰ ΔΑΙΜΟΝΙΑ ἔκβατο. Ubi δειμόνιον τὸ σφε-  
δrum potest significare & genium. Forte enim hi sibi ter-  
ore perculsi apparere suos genios mortis nuncios persuase-  
rant. Nam & alias squalida apparuisse forma affatim ex  
Ammiano Marcellino (d) patere potest. ΔΑΙΜΟΝΕΣ (d) XXI. 14.  
ἀλάσθες & παλαιμάνοι sunt apud Plutarchum (e) quos (e) de Def. Or.  
ita dictos esse addit, ὡς ἀλάσθων τινῶν καὶ παλαιῶν μια-<sup>p. 188.</sup>  
σμάτων μνῆματα ἐπεξίοντας. Hos præterea & ιχνεὺς vo-  
cat & βιαζε.

### §. XII.

Θεοὶ ἀθάνατοι vocantur sub aureorum carminum  
initium, & θεοὶ quoque absolute a Platone (f) Proclo (g) ton. I. 24.  
(b) Enn. III. Plotino (h) Antonino (i) Menandro (k) & aliis. Dan- (i) XII. 26.  
tur & ἀθάνατοι δεύτεροι ap. M. Tyrium (l) & ἀθάνατοι (k) ap. Plu-  
absolute ap. Apollodorum. (m) Αεροπόσων θεῶν mentio- tarch. Platon.  
nem inject Porphyrius in explicatione loci cuiusdam Orphic  
apud Eusebium. (n) Vocem ΔΑΙΜΟΝΟΣ per θεός ai- (l) Diff. 26.  
(m) Bibl. III. 12. (n) Præp. III. 9.

(o) ap. Origen. Σεργειος exponit Celsus (o) quos ethereos DÆMONES VIII.p.416.  
nominat expresse Chalcidius. (p) Hæcque sunt Græca que  
Ed.Cantab.  
(p) in Tim.  
p.219.  
invenire potui nomina, ΔAIMONΟΣ voci συνώνυμα.  
Videamus nunc etiam, quibus Latini vocibus præter DÆ-  
MONIS vocabulum usi sint.

### §. XIII.

Propria vox qua ΔAIMON exprimitur, est, GENIUS, quod Apuleji (q) testimonio firmatur. Sic vocatur ille *Dæmon* qui nascentibus tribuitur ap. Mart. Capellam. (r) Hoc vocabulum Græca quoque civitate donatum est, GENION enim & δίνος a Dione dici testatur Desid. Heraldus. (s) Et sicut ap. Græcos mentem humanam ΔAIMONA dictam vidimus, ita eadem GENIUS dicitur ab Apulejo. (t) Pro fortuna etiam ponitur. Illud enim, quod Græci οὐνίας τὴν & ηγέτος της ΤΤΧΗΝ dicunt, Latini per GENIUM Cesaris juvare exprimunt. (u) Observat hic Lindenbrogius reges etiam suos a parasitis GENIOS appellatos fuisse, hōcque probat ex Plauto (x) ubi Ergasilus parasitus Hegioni filium suum amissum reducem nunciat. Verba hæc sunt.

ER. Ita me amat sancta Saturitas  
Hegio, itaque suo me semper condecorat cognomine  
Ut ego vidi. HE. Meumgnatum? ER. Tuum gnatum  
& GENIUM meum.

Ubi ego quidem GENIUM fortunam interpreter ut causa posita sit pro effectu. Hac occasione obiter quasi notandum, jurare etiam solitos per Genium Domini ministros, cum Seneca (y) villicum per GENIUM suum jurisse referat. Appetitum denique notat vox Genii, quod satis indicant phrasæ genio suo indulgere, & gentum defnudare ap. Terent. (z)

### §. XIV.

(a) de die na-  
tal. c.3. Geuum & Larem eundem esse Censorinus (a) perhi-  
bet testem advoccans Granium Flaccum de Indigitamentis.  
LA-

LARES autem vocati sunt *animi defunctorum*, & quidem  
in specie illi, qui *posteriorum suorum curam sorciuntur*, quie-  
toque & pacato numine domum possident. (b) Illi vero, qui (b) v. Apul.  
vagatione in terra ob via in vita patrata puniuntur, LARES de Deo Socri-  
VAE dicuntur & MANIAE. In genere veteribus Le- p. 79. & Ca-  
mures vocabantur *animæ defunctorum*, quod nomen specia-  
liter etiam pro *larvis usurpatum* est ut Nonius observat, (c) C.II.in h.v.  
(c) deinde vero etiam *Manes* pro *Lemuribus* vocabant. (d) v. Apul. &  
(d) Manes tamen *eas in specie animas fuisse* ait *Servius Capell.* II.cc.  
que de aliis recedentes corporibus nondum in alia transfe- & Serv.ad Aen.  
rint, ut *Martian. Capella Lemures* eas modo dictas assertit, III. & VI.  
que corporibus solute adhuc in aliis corporibus manent. Pre-  
stes Genius tutelaris etiam dictus est, & *Angelum* posse vo-  
cari dicit *Martianus Capella* (e) quod tamen usurpasse scri- (e) L.II.p.39.  
ptores nondum invenire potui.

### §. XV.

DEI vocati sunt *Genii*, hucque pertinere puto locum  
Terentii (f) ubi Geta dicit,  
Memini me relinqui DEO in a/o meo.

(f) Phorm.  
Act. I. Sc. 2.

Donatus quidem Dominum hic intelligit, sed minus commo-  
de ut puto, ego cum Erasmo potius per *Genium* explico, ad-  
eoque eundem esse censeo cum *Demoni* ἔτεροι ap. Pindarum.  
De Epitheto, *meus* testatur *Aufustius* ap. *Pescum* (g) Ge. (g) in *Genius*  
*natus* est, inquit, *Deorum filius & parens hominum, ex quo*  
*homines gignuntur, & propterea Genius M E U S nomina-*  
*tur.* Habuisse veteres & Deos *animales* *Servius* probat ex  
*Labeone de Dia* (h) quomodo appellatos puto *animas de-* (h) ad Aen. III.  
*functorum, Labeo enim animales dicit* ait, *quod de animis*  
*fiant.* Medioxumi vocati sunt *Dæmones, tanquam medii*  
*inter Deum & homines* (i) suntque apud *Pythagoricos* a- (i) Apul. de  
*nime humanae.* Cœlicolas autem *astrorum numina* dixe- Dogn. Plat.  
runt. Hos *Decanos* nominabant Astrologi, qui & ipsi sunt P.42.  
Græcorum *Decoi aiSégoi* (k) Decanos autem eosdem cum (k) v. Spenc. ad  
astrorum numinibus fuisse, probant ea que *Salmas*, ex Por- Orig. Cel-  
phyrio sum, p. 416. &

Salmas. de phyrion notat, Decanos stellarum & Decanorum παραγνατέλ-  
ann. Clim. p. λοντας habere τὰ πεύσωπα τῶν ἀστέρων. Ex quibus ta-  
sser. & aliis men verbis male Vir magnus concludit stellarum imagines  
quam plurimis habere illos Decanos.

### §. XVI.

Naturu nunc Dæmonum ordine sic poscente explicanda  
venit, quam ἀφανῆ dicit M. Tyrius (l) nec Plato de illa.  
(l) Diff. I. (m) ap. Clem. aliquid determinare ausus est. (m) Quapropter nobis ex va-  
Al. S. rom. V. riour scriptis eam eruere conantibus, si quid erroris com-  
p.m. 189. miserimus eo magis condonabitur. Hic tamen anticipando  
quasi monendum, δαιμονας quidem & θεος esse syno-  
ma, distinguiro a quibusdam Pythagoricis, imprimis Jamb-  
lichio. Ast nihilominus θεος quo illi vocant ἀθανάτος  
manere δαιμονας, & δαιμονας ipsorum medium λογικῶν  
& στοιχίου genitus constituentes esse animos humanos quod docet  
(n) de Abstin. nos Porphyrius. (n) Jamblichus vero proprium plane or-  
II. 38. dinem Dæmonum statim post θεος ἀθανάτος constituit,  
post quos ponit ἥγετος & tandem ψυχής. Dæmones au-  
tem ipsi & Heroes sunt species, nobiliorum animarum, con-  
nectentium sumnum θεόν γένος & infimum ψυχῶν θη-  
(o) v. ipsum de ζεύσι & καταχθονίᾳ. (o)  
Myst. I. 5.

### XVII.

